

Modlitby pred stupňami oltára

K: + In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.
Introibo ad altare Dei.

**M: Ad Deum qui laetificat
juventutem meam.**

K: Judica me, Deus, et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me.

**M: Quia tu es, Deus, fortitudo
mea: quare me repulisti, et
quare tristis incedo, dum affligit
me inimicus?**

K: Emitte lucem tuam et veritatem tuam, ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernacula tua.

**M: Et introibo ad altare Dei: ad
Deum qui laetificat juventutem
meam.**

K: Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus: quare tristis es anima mea, et quare conturbas me?

**M: Spera in Deo, quoniam
adhuc confitebor illi: salutare
vultus mei, et Deus meus.**

**Miništranti mierne sklonia
hlavu**

K: Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

**M: Sicut erat in principio, et
nunc, et semper: et in saecula
saeculorum. Amen.**

K: Introibo ad altare Dei.

**M: Ad Deum qui laetificat
juventutem meam.**

K: Adjutorium nostrum in nomine Domini.

M: Qui fecit caelum et terram.

K: Confiteor Deo omnipotenti, ... ad Dominum Deum nostrum.

**Miništranti sa naklonia ku
kňazovi**

**M: Misereatur tui omnipotens
Deus, et dimissis peccatis tuis,
perducat te ad vitam aeternam.**

K: Amen.

Miništranti sa hlboko sklonia

Confiteor

**M: Confiteor Deo omnipotenti,
beatae Mariae semper Virgini,
beato Michaeli Archangelo,
beato Joanni Baptistae, sanctis
Apostolis Petro et Paulo,
omnibus Sanctis, et tibi pater:
quia peccavi nimis cogitatione
verbo, et opere.**

**Mea culpa, mea culpa, mea
maxima culpa. Ideo precor
beatam Mariam semper
Virginem, beatum Michaellem
Archangelum, beatum Joannem
Baptistam, sanctos Apostolos
Petrum et Paulum, omnes
Sanctos, et te Pater, orare pro
me ad Dominum Deum
Nostrum.**

K: Misereatur vestri omnipotens
Deus, et dimissis peccatis vestris,
perducat vos ad vitam aeternam.

M: Amen.

K: Indulgentiam absolutionem, et
remissionem peccatorum
nostrorum, tributat nobis
omnipotens et misericors
Dominus.

M: Amen.

K: Deus, tu conversus vivificabis
nos.

M: Et plebs tua laetabitur in te.

K: Ostende nobis Domine,
misericordiam tuam.

M: Et salutare tuum da nobis.

K: Domine exaudi orationem
meam.

M: Et clamor meus ad te veniat.

K: Dominus vobiscum.

M: Et cum spiritu tuo.

K: Oremus.

Kyrie

K: Kyrie eleison.

M: Kyrie eleison.

K: Kyrie eleison.

M: Christe eleison.

K: Christe eleison.

M: Christe eleison.

K: Kyrie eleison.

M: Kyrie eleison.

K: Kyrie eleison.

Gloria

Gloria in excelsis * Deo. Et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Laudamus te.

Benedicimus te *. Adoramus te. Glorificamus te*.

Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine Deus Rex coelestis, Deus Pater omnipotens. Domine Fili unigenite, * Jesu Christe. Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris.

Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, *suscipe deprecationem nostram.

Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.

Quoniam tu solus Sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus, *Jesu Christe. Cum Sancto Spiritu in gloria Dei Patris. Amen.

Credo

Credo in unum *Deum. Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium.

Et in unum Dominum * Jesum Christum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia saecula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri; per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de caelis.

Tu si všetci pokřaknú

ET INCARNATUS EST DE SPIRITU SANCTO EX MARIA VIRGINE: ET HOMO FACTUS EST.

Všetci vstanú

Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas.

Et ascendit in caelum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos: cujus regni non erit finis.

Et in Spiritum Sanctum Dominum et vivificantem; qui ex Patre Filioque procedit.

Qui cum Patre et Filio simul * adoratur et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas.

Et unam sanctam catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi. Amen.

Po umývaní rúk

K: Orate fratres, et meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

M: Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesiae suae sanctae.

K: Amen.

Prefácia

K: Per omnia saecula saeculorum.

M: Amen.

K: Dominus vobiscum.

M: Et cum spiritu tuo.

K: Sursum corda.

M: Habemus ad Dominum.

K: Gratias agamus Domino Deo nostro

M: Dignum et justum est.

Sanctus

M: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt caeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

Pater noster

K: Pater noster, qui es in caelis: sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in coelo, et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

Et ne nos inducas in tentationem.

M: Sed libera nos a malo.

K: Amen.

Agnus Dei

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

Pred svätým prijímaním

M: Confiteor...

K: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

M: Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo et sanabitur anima mea. (3x)